



TRACTATVS DE  
AVTORITATE RO.  
ECCLE. MAGISTRI  
CYPRIANI BENETI  
DOCTORIS PARISIENSIS.



Cyprianus Beneti Aragonenſ. Or. Prædicatorꝝ Pro  
feſſor Pariſienſ. SIGISMUNDO Poloniae Inuictiſ  
ſimo & Sereniſſimo Regi perpetuã ſœlicitatẽ D.

**C**VM Põtificii Iuris Rex Sereniſſ. libros: pau  
lo liberior potiũ lectitarẽ: Cũq; in nõnullis  
xp̃ianæ Reipub. ptibus: quosdã cõtra Ro. Ec.  
autoritatẽ errores enaſci: & latius ſerpere p̃cæperim:  
ope prætiũ fore iudicauĩ quicq; cõtra illos cateri cõ  
ſcripſerint: ad cõem oĩum utilitatẽ penitus collige  
re. Sed tñ ga uoluminũ copia mētis aciẽ abrũpebat:  
id facere: qd̃ ſolẽt: qui Or̃ bẽ pingũt in breui q̃li tabel  
la: omne: qd̃ in Põtificii Iuris monimētis ſparſim ha  
bebat: exiguo corpusculo cõplexus ſum: ut ea que ad  
prauiffimos in fide (q̃ abſq; iuris Ciuilis & Pontificii  
mĩſterio & ſcripta iuſtitia rite p̃ſiſtẽt neq; errores cõ  
ragioſoſq; ritus noſcẽdos tollẽdoſq; ualeret a quouis  
facile p̃cipi poſſint. Sed tale opusculũ: q̃ lectũq; cui po  
tiſſimũ dicarẽ: V. Sere. M. aptiorẽ digniorẽq; morta  
liũ habebã neminẽ: p̃cipue inſtãte: atq; id potiſſimũ  
ſuadẽte R. in xp̃o p̃re & dño Alber. antiſtite Vilneſ  
erga quẽ ſũma mihi eſt: & familiaritas: & obſeruãtia.  
Qui V. S. M. deditiſſimus & obſequẽtiſſimus ſclariſ  
ſimoꝝ Ducũ Litouaniæ genus unde originẽ traxit:  
& regias uirtutes uſas: geſta & ſclara facinora oĩ lau  
datiõis p̃conio celebrare: ſrãq; cõt monimētis extolle  
re: & imortales efficere nitiũ: Quiq; mihi hmõĩ puin  
ciã iniũxit: ut tãtã Regiæ M. nõ ſolũ has lucubratũ  
culas: ſed cõt alias maiores dicarẽ: qd̃ efficere ſtudebo.  
Interea dignabiũ S. M. V. p̃ñs opusculũ haud diſſimi  
le lapillis illis: q̃ quo breuioreſ ſũt: tãto p̃tioſioreſ cẽ  
ſcẽ. Exiſtinetq; ſe hoc atq; armis comitibus & hereti  
cos & imaniſſimos xp̃iane fidei: & R. E. hoſtes: qbus  
cũ ſp̃ id eſſẽ bellũ & plũ eſt: facile ſupaturũ. Qñq; dẽ

illa eius dextram fortitudine robore magnanimitate  
 præcinctam munitâq; reddūt. Hoc aut tanq̄ ancipitē  
 gerens securim : ad malignantiū capita obrūcandas  
 sinistra ualidiore præstabit: quibus uictoria facillime  
 cōparari poterit : pro quo ad Christū Iesum mundi  
 Redemptorē (cuius res agitur) tales præces quottis  
 die suppliciter effundo: ut V. S. M. Malachitar: Tur  
 car: Tartarorū: Mascuitar: Hæreticor: Hæresiar  
 charum: perfidor: deniq; oīum xp̄iani noīs hostium  
 opimo Triumpho foeliciter potiatur: & foelicissime  
 in eternū ualeat.

**T**ractatus de Auctoritate Romanæ Ecclesiæ  
 Magistri Cypriani Beneti Doctoris  
 Parisien. foeliciter incipit.

Pelagius Pp. xxi.  
 d. c. quāuis.  
 Grego. ix. de fo.  
 compe. c. ult.  
 Bonifa. viii. in ex  
 trauagā. incipien  
 te Vnā sc̄tām.  
 Pelagius Pap. eif  
 dē d. & c.  
 Hiero. xxiiii. q. i  
 c. omnibus.  
 Bonifa. viii. in ea  
 dem extrauagā.  
 Anacletus. xxii.  
 d. c. sacrosctā.

**R**OMANA Ecclesia Catholica & Apo  
 stolica Omniū eccliar: mater & magi  
 stra: Eademq; xp̄i Sponsa/ Nō habens maculā  
 neq; rugam/ Domus dei/ edificata supra firmā  
 petrā: In qua unus dñs/ una fides/ unū baptil  
 ma: extra quā nec salus est: nec remissio pecca  
 tor: Cuius unius corporis unū caput/ Christus  
 uidelicet: & Xp̄i Vicarius Petrus: Petriq; suc  
 cessor/ ac unius Ouilis pastor: proculdubio il  
 la dñi Tunica est inconsutilis: quæ scissa non  
 fuit: sed sorte prouenit. Hæc est quæ non ab  
 Aplis: sed ab ipso dño Salvatore nostro prima  
 tum obtinuit. In qua beatissimus Paulus uas  
 electionis uno die/ unoq; tpe Romę cū Petro

gloriosa morte coronatus est/ & ambo Sanctā  
Ro. Ec. consecrarunt: atq; aliis omnibus Vrbi  
bus in uniuerso mūdo/ tam sua p̄sentia q̄ ue  
nerādo triūpho p̄tulerūt. Hęc est Sedes/ Ca  
put/ & Cardo (ut p̄fatum est) a dño & nō ab  
aliis instituta. Et sicut cardine Ostiū regitur:  
sichuius sanctæ Apo. Sedis autoritate omnes  
Ecclīæ dño disponente regunt. Hęc est sancta  
& aplica mater: quæ per dei omnipotētis gra  
tiā a tramite Applicæ traditionis nunq̄ errasse  
probat / nec hæreticis nouitatibus deprauata  
succubuit. Hęc est: quæ semp̄ immaculata per  
mansit dño p̄uidēte/ & beatorū Ap̄lorū Prin  
cipe Petro opem ferente: in futuro sęculo per  
manebit sine ulla hæreticorū insultatione/ atq;  
firma & immobilis omni tempore persistet. Hęc  
enim Ro. Ec. omnes siue P̄riarchatus cuiusli  
bet apicem / siue Metropoleon primatus/ aut  
Episcopatuū cathedras/ uel Ecclīarū cuiuslibet  
ordinis dignitatē instituit: Illā uero ipse solus  
fundauit: & super petram fidei mox nascentis  
erexit: qui btō Petro eternę uitæ Clauigerot ex  
reni simul & cęlestis Imperii iura cōmisit. Nō  
ergo quælibet terrena sn̄ia: sed illud uerbū:  
quo constructū est cęlū & terra: per quod de  
niq; omnia cōdita sunt elemēta/ Ro. fundauit

Lucius P̄f. xxiiii.  
q. i. c. a recta.

Hiero. xxiiii. q. i.  
c. Hęc est fides.

Nicol. Pap. xxii.  
d. c. omnes.

Pelagius. xxi. d. c.  
quāuis.

xcvi. d. c. Constā  
tinus.

Nicol. Paſ. xxii.  
d. c. Omnes.

Symachus. ix. q.  
iii. c. aliogz.

Ormiſda. xxv. q.  
i. c. prima falus.

Stephan. Pp. xix  
d. c. enimuero.

Eccliam. Illius certe priuilegio utit' / illius au-  
toritate fulcit'. Et quā uniuersæ per orbem ca-  
tholicæ Ecclia cōstitutæ unus Thalamus xp̄i  
sint: tñ sancta R. E. nullis Synodicis constitu-  
tis / ceteris Ecclis p̄lata est: sed Euāgelica uoce  
dñi & Saluatoris n̄ri primatū obtinuit / Tam  
sup quattuor sedes Alexandrinā / Antiochenā  
Hierosolymitanā / Cōstātinopolitanā: quā etiā  
sup oēs in uniuerso orbe terrarū dei Ecclias: ut  
Pontifex: qui per tpa ipsius Sacrosanctæ Ro.  
Ec. extiterit: Celsior & Princeps cūctis Sacer-  
dotibus / & totius mundi existat. Vnde nō du-  
biū est / qa quisquis cui libet Ecclia ius suū de-  
trahit / iniustitiā facit. Qui aut R. Ec. priuile-  
giū ab ipso sūmo oīum Eccliarū capite traditū  
auferre conat': hic proculdubio in heresim la-  
bit'. Et quū ille uocet' iniustus / hic est dicēdus  
hereticus. Fidē quippe uiolat: qui aduersus il-  
lā agit: quæ est mater fidei. Et ille cōtumax in-  
uenitur: qui eā cūctis Ecclis nō prætulisse co-  
gnoscit'. Patet sc̄torū uoce Pontificū dignitatē  
Sedis Apo. factā toto Orbe uenerabilē: dū illi  
quidqd̄ fideiū est ubiq; submittit': dū totius  
corpis caput esse designatur. Et quū prima sa-  
lus sit rectæ fidei regulā custodire: & a cōstitu-  
tis Patrū nullatenus deuiare. Quicqd̄ sancta

Ro. Ecclesia statuit: quicquid ordinat/perpetue  
& irrefragabiliter obseruandū est. Cuius san-  
ctiones sic accipiendæ sunt: tanq̄ ipsius diui-  
na uoce Petri firmata. Quare constitutū est:  
ut ipsius Sedis decreta: quæ priuilegiis & or-  
dinatione sunt disposita/perpetua stabilitate:  
& sine aliqua refragatione seruentur: siue quæ  
scripto Pontifex decreuit: seu quæ in sua præ-  
sentia uidentur esse disposita. Nec a quoq̄ Pon-  
tificū in totū uel in partem qualibet occasione  
conuellantur: uel mutantur. Nā nimis est aspe-  
rū: & præcipue bonis Sacerdotū moribus ini-  
micū: nisi quæmpia quantacūq; rationis excu-  
satione/quæ bene sunt ordinata/rescindere: &  
exemplo docere / ceteros sua quādoq; posse cō-  
stituta dissoluere. Hic etiam generali decreto  
sanctū est: ut execrandū anathema fiat: & ue-  
lut præuaricator fidei Catholicæ/ semp̄ apud  
deū reus existat. Quicūq; Regū/seu Ep̄orū/uel  
Potentū deinceps Ro. Pontificū decretorum  
censurā in quoq; tradiderit: uel permiserit uio-  
landā. Quū igit̄ pateat/eū: qui dogmata/man-  
data/sanctiones/interdicta/ uel decreta pro ca-  
tholica fide/ uel ecclīastica disciplina/pro cor-  
rectiōe iminentiū uel futurorū malorū a Sedis  
Apo. Præsīde salubriter promulgata contemp-

Agatho Pp. xix.  
d.c. Sic omnes.

Grego. Pp. xxv.  
q.ii.c. institutiōis

Hadrianus. xxv.  
q.i.c. generali.

Nicol. Pp. xxv.  
q.ii.c. si quis.

Leo Pap. d. xx. c.  
delibellis.

Damasus p̄p. xxv  
q. i. c. Violatores

Grego. xix. d. c.  
Nulli.

ferit anathema esse. Luculētius & magna uo-  
ce pronūtiare nō timeo. Quia qui sctōꝝ Patrū  
statuta/ quæ Canonū nomine prætitulantur:  
siue sit Ep̄us/ siue sit clericus/ siue laicus/ nō in-  
differenter cōuincitur recipe: nec catholicā &  
Apo. fidem: nec sancta quattuor Euāgelia uti-  
liter & efficaciter ad effectum suū retinere uel  
credere probat. Violatores nāq; sacroꝝ Cano-  
num uolūtarie grauiter a sanctis Patribus iu-  
dicant: & a sancto Spiritu/ instinctu cuius ac  
dono dictati sunt: dānant. Qm̄ blasphemare  
Sp̄m sctm̄ nō incōgrue uident: qui cōtra eos  
dē sacros Canones non neccsitate cōpulsī: sed  
libēter aut p̄terue agūt: aut loqui p̄sumūt: aut  
facere uolētibus sponte consentiūt. Talis enī  
p̄sumptio manifeste unū genus est blasphe-  
mantiū Sp̄m sctm̄. Qm̄/ ut p̄libatū est/ cōtra  
eū agit/ cuius iussu & gr̄a sancti Canones edi-  
ti sunt. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus:  
quisquis Ap̄licis uoluerit contraire decretis.  
Nec locū deinceps inter Sacerdotes habeat:  
quoniā iam dānatus a sancta & Apo. Ecclesia  
sua inobedientia & p̄sumptione a quoq; esse  
non dubitatur: quia maioris excōis deiectione  
est abiiciendus: cui sanctæ Ecclesiæ cōmis-  
sa fuerit disciplina. Quia non solum prefatæ

Sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit. Sed etiam aliis/ne præterirèt/insinuare. Sitq; alienus a diuinis & Pontificalibus officiis qui noluerit præceptis Apostolicis obtēperare. Consonum enim est; ut qui sacris obedire Canonibus nescit; nec sacris administrare uel communionem capere sit dignus Altaribus. Hoc quoq; diffinitum est; nullā esse differentiam inter illa decreta; quæ in corpore Canonū habentur/Sedis Apostolicæ Præsulū; & ea/quæ pro multitudine uix per singula uoluminum corpora reperiuntur. Sed nemo mihi alia que libet contra auctoritatē Sedis Apostolicæ; uel Trecentorū decem & octo Episcoporū / & reliquorū Canonū constituta obiiciat; Quia quicquid contra illorū diffinitionē; in quibus Spiritum sanctū credimus esse locutū; dictū fuerit/recipientem/nō solum temerariū/ sed etiam periculosum esse nō dubito. Omnes itaq; cuiuscunq; maioris uel minoris administrationis uniuersi Reipublicæ Iudices moniti sunt; ut nullum Rescriptū/nullam Pragmaticam sanctionem/nullam sacram annotationem; quæ generali Iuri/uel utilitati publicæ aduersa esse uideatur in disceptatione cuiuslibet litigij patiantur proferri. Sed generales sacras Consti-

B

Grego. xxv. q. i.  
c. Hac consona.

xix. d. c. si Romanorū/in fine.

Ormisda. l. d. c.  
Si ille.

Anastasius Imp.  
xxv. q. ii. c. Ocs.

**Simachus Papa.**  
**d.x.c. Nō liceat.**

**Felix Papa. x.d.c.**  
**Constitutiones.**

**Gelasius pp. xvi**  
**d.c. Duo sunt.**

**Inno. iii. d. maio.**  
**& obe. c. Solita.**

**Nicolaus Pap. x.**  
**d.c. Lege.**

**Grego. xvi. d.c.**  
**Quis dubitet.**

tutiones modis oibus nō dubitēt obseruādas. Non licet ergo Imperatori/ uel cuiq̄ pietatem custodienti/ aliquid cōtra diuina mādāta pręsumere; nec quicq̄/ quod Euangelicis/ uel Propheticis/ aut Apostolicis regulis obuiet; agere. Constitutiones enim contra Canones & decreta Pręsulum Ro. uel bonos mores nullius sint momenti. Nam qum duo sint; quibus principaliter hic Mundus regitur/ Autoritas sacroꝝ Pont. & Regalis potestas. Ad firmamentum enī cęli/ hoc est uniuersalis Ecclesię fecit deus duo magna luminaria. i. duas instituit dignitates; quę sunt Pontificalis autoritas/ & Regalis potestas. Sed illa quę pręest diebus. i. Spiritualibus/ maior est; Quę uero nocti. i. Carnalibus/ minor. Vt quanta est inter Solem & Lunam; tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscitur. Et qum Imperator non sit supra legem dei; sed subtus. Et Imperiali iudicio nō possint ecclesiastica iura dissolui. Quis dubitet Sacerdotes Christi Regum & Principum/ omniūq; fidelium Patres & Magistros censerī? Nōne miserabilis insania hęc esse cognoscitur/ si Filius Patrem; Discipulus Magistrum conetur subiugare? & iniquis obligationibus illum suę potestati subiicere / a quo

credit / non solum in terris / sed etiam in celis  
se ligari posse & solui? Non ergo potest iudi-  
cio inferior: superiorem ligare. Vnde Prophe-  
ta ait: Nunquid gloriabitur Securis contra  
eum: qui secat in ea? Aut exaltabitur Serra  
contra eū: qui trahit eam? Vnde beatus Am-  
brosius licet Sanctus / non tamen uniuersalis  
Ecclesie Episcopus / pro culpa / quæ ab aliis Sa-  
cerdotibus non a deo grauis uidebatur: Theo-  
dosium magnū Imperatorem excōmunicans  
ab Ecclesia exclusit: Qui etiam in suis scrip-  
tis ostendit: q̄ Aurum non tam prætiosius sit  
Plumbo / q̄ Regia potestate sit altior Ordo Sa-  
cerdotalis. Stephanus quoq; Papa Secundus  
Romanum Imperium in personam Magnifi-  
ci Caroli a Græcis transtulit in Germanos.  
Alius item Romanus Pontifex / Zacharias  
scilicet Regem Francorum / non tam pro suis  
iniquitatibus: q̄ pro eo / q̄ tantæ potestati erat  
inutilis / a Regno deposuit: & Pipinū Caroli  
magni Imperatoris Patrem in eius locum sub-  
stituit: Omnesq; Francigenas a iuramento fi-  
delitatis absoluit. Innocentius Papa. IIII. Fri-  
dericū Impatorē suis ligatū pctis / & abiectū:  
oīq; honore & dignitate priuatū a dño ostēdit  
denūtiāuit / ac nihilominus sententiā do priua

B ii

Nicolaus Pp. xxi  
d. c. Inferior.

Gelasius p̄p. xcvii  
d. c. Duo sunt.

Inno. iii. de elec.  
c. Venerabilē.

Gelasius papa. xx  
q. vi. c. Alius.

de sen. & re iudi.  
c. ii. li. vi.

De supplen. ne  
gli. Præla. c. Grā  
di. li. vi.

Innocentius. iiii.  
Qui fil. sint legi.  
c. per Venerabi.

uit autoritate Apostolica firmiter inhibendo  
ne quisq̄ ei tanq̄ Imperatori uel Regi pareret;  
& intenderet. Decernendo quoslibet; qui ei ue  
lut Imperatori/ uel Regi consilium uel auxi  
lium præstitissent/ seu fauorem; ipso facto ex  
cōmunicationi latæ sententiæ subiacere. Idē  
Papa Baronibus & Comitibus Regni Portu  
galliæ mandauit/ quatenus Comitem Boloñ.  
in Ciuitatibus Regni p̄dicti recipere; ac eius  
dispositioni & mandatis obedire procurarēt;  
de redditibus præfati Regni ei plenarie respō  
dendo. Romanus enim Pontifex nō solum in  
Ecclesiæ Patrimonio/ super quo plenā in tem  
poralibus gerit potestātē; Verumetiā in aliis  
Regionibus certis causis inspectis temporalē  
iurisdictionē casualiter exercet. Christi nanq̄  
Vicarius; qui est Sacerdos in eternū secundū  
ordinem Melchisedech; constitutus a deo Iu  
dex uiuorum & mortuorū. Tria quippe distin  
guit Iudicia: Primū inter sanguinē & sangui  
nem per quod criminale intelligitur & ciuile.  
Vltimū inter lepram & leprā/ per quod eccle  
siasticum & criminale notatur. Medium inter  
causam & causam; quod ad utrumq̄ refertur;  
tā ecclesiasticū q̄ Ciuile. In quibus quomodo  
aliquid est difficile uel ambiguū; ad Iudiciū

Sedis Apostolicæ recurrendum est. Cuius sen-  
tentiã/qui superbiens contempserit obseruare  
mori præcipitur/ idest per sententiã excõmu-  
nicationis uelut mortuus a cõmunionem Fide-  
lium separari. Paulus etiam/ut plenitudinem  
potestatis exponeret / ad Corinthios scribens  
ait: Nescitis quoniã Angelos iudicabitis: quã-  
to magis sæcularia? Sũmo enim Pontifici in  
beato Petro sunt Oues Christi cõmissæ/ dicente  
domino: Pasce Oues meas/nõ distinguens in-  
ter has Oues & alias: ut alienũ a suo demon-  
straret ouili. Qui Petrum/& successores ipsius  
Magistros nõ recognosceret/& Pastores. Si er-  
go Imperator Catholicus est (quod salua pace  
ipsius dicimus) Filius est/nõ Præsul Ecclesiæ.  
Quod ad religionem pertinet/discere ei conue-  
nit/nõ docere habet priuilegia potestatis suæ:  
cõtra dispositionẽ cęlestis ordinis nil usurpet.  
Ad Sacerdotes enim deus uoluit: quæ Eccle-  
siæ disponenda sunt: pertinere/ non ad sæculi  
potestates. Quas (si fideles sunt) Ecclesiæ suæ  
Sacerdotibus uoluit esse subiectas. Non sibi  
uendicet alienũ ius/& ministeriũ: quod alteri  
deputatum est: neq; contra eum tendat arrũ-  
pi a quo omnia constituta sunt. Ne contra il-  
lius beneficia pugnare uideat: a quo propria

Innocentius. iiii.  
de maio. & obe.  
c. Solite.

Ioãnes Pa. xvi.  
d. c. Si Impator.

Calistus Pap. xx.  
q. ii. c. Si quis.

Inno. iii. d. re Ec.  
ñ alie. c. cū laicis.

Honorius .iii. de  
sen. ex. c. nouiter

consecutus est potestatem. Non a legibus pu-  
blicis/ Nō a Potestatibus seculi; Sed a Pontifi-  
cibus & Sacerdotibus omnipotēs deus/ Chri-  
stianæ religionis Clericos & sacerdotes uoluit  
ordinari/ & discuti/ & recipi de errore remean-  
tes. Imperatores enim Christiani subdere de-  
bēt executiones suas ecclesiasticis Præsulibus  
non præferre. Si quis uero Principū/ uel alio-  
rum Laicorū dispositionem/ seu dominationē/  
siue possessionē Ecclesiasticarū rerum sibi uen-  
dicauerit/ ut Sacrilegus iudicari debet. Nam  
cum Laicis quāuis Religiosis disponendū de  
rebus Ecclie nulla sit attributa facultas. Quos  
obsequendi manet necessitas/ nō autoritas im-  
perandi. Dolendum est quibusdam ex illis sic  
refrigescere charitatem/ q̄ imunitatem Eccle-  
siasticæ libertatis; quam nō tantum sancti Pa-  
tres/ sed etiam Principes seculares multis pri-  
uilegiis muniuerūt; nō formidant suis consti-  
tutionibus/ siue potius destitutionibus impu-  
gnare. Excōmunicati enim sunt omnes; qui fa-  
ciunt seruare Statuta edita; & Consuetudines  
introducetas cōtra Ecclesiæ libertatem; Ac Sta-  
tuarii/ & Scriptores Statutorū ipsorū; Necnon  
Potestates/ Consules/ Rectores/ & Consiliarii  
locorū/ ubi hmōi Statuta/ & Cōsuetudines edi-

te fuerint/uel seruate. Ac illi: qui secundū ea  
præsumpserint iudicare: uel in publicam for-  
mam scribere iudicata. Ecce quemadmodum  
Imperiali iudicio non possunt Iura ecclesiasti-  
ca dissolui. Ecce qualiter/ quod Lex humana  
concessit: Lex diuina prohibuit. Non qui Im-  
peratorū leges: quibus Ecclia sepe utitur cōtra Hæ-  
reticos/sæpe contra Tyrānos/atq; contra pra-  
uos quosq; defenditur: dicam penitus renuen-  
das. Sed q̄ eas euangelicis atq; Apostolicis &  
canonicis decretis: quibus postponendæ sunt  
nō posse inferre præiudiciū asseramus. Quod  
si consuetudinem fortasse opponas aduerten-  
dum est: quod dominus dicit. Ego sum uia/ue-  
ritas/ & uita: non dicit Ego sum consuetudo.  
Et certe ut beati Cypriani sententia utamur;  
Quælibet Consuetudo quantumuis uetusta:  
quātumuis uulgata/ ueritati omnino est post-  
ponenda. Et Usus qui Veritati est contrarius  
est abolendus. Nā Consuetudo est ius quod  
dam/ moribus institutū: quod pro Lege susci-  
pitur cum deficit Lex. Cuius non leuis Auto-  
ritas est. Verum nō usq; adeo sui ualitura mo-  
mento: ut aut rationē uincat: aut Legē scriptā  
Nisi fuerit rōnabilis / & legitime præscripta.

Nicolaus Pap. x.  
d. c. Leges.

Grego. viii. d. c.  
Si cōsuetudinē.

Isidorus. d. i. c.  
Consuetudo.  
xi. d. c. cōsuetudis

Grego. de Con-  
suetu. c. ult.

Isidorus.xi.d.c.

Vfus.

Nicolaus papa.d  
viii.c.Mala.

De cōsuetudine.  
c.Cū inter uos.

De præscriptis.c  
Quoniã.

Eodem.c.Cum  
inter uos.

De rescriptis.c.  
Cū nō liceat.

Grego.de cōsue.  
c.Cum tanto.

Alexãder.iii.de  
simōia.c.nō satis

Augustinus.ii.q.  
i.c.Multi.

Vfus ergo auctoritati cedat/prauū usum lex &  
ratio uincat. Mala enī consuetudo nō minus  
q̄ p̄niciosa corruptela uitanda est. Quæ citius  
radicitus euellatur: in priuilegiore ius ab im-  
probis assumitur: & incipiunt præuaricatio-  
nes & uariæ præsumptiones celerrime non cō-  
pressæ pro legibus uenerari: & priuilegiorum  
more perpetuo celebrari. Hic Innocentius ter-  
tius omnē consuetudinē: qua disrumperetur  
neruus Ecclesiasticæ disciplinæ: Et quæ absq̄  
peccato mortali nō posset obseruari. Cum nō  
tam cōsuetudo q̄ corruptela merito sit censen-  
da: quæ sacris sit Canonibus inimica de fra-  
trum suorum cōsilio duxit irritandā: ac man-  
dauit de cætero non seruari. Idemq̄ duobus  
prioribus Diocesis Bracharen̄. mandauit: qua-  
tenus suo Archiepiscopo obedientiam & re-  
uerntiam debitā impenderent/ præscriptione  
temporis nō obstāte. Quare cū tanto sint gra-  
uiora peccata: quāto diutius infelicem animā  
detinent alligatā. Nemo sub obtentu cuiusq̄  
consuetudinis reatum suū tueatur: quia diu-  
turnitas temporis nō minuit peccatum/ sed au-  
get. At uero ex his multi corrigunt: ut Petrus  
Multi tolerantur: ut Iudas: Multi nesciuntur  
donec ueniat dominus/ qui illuminabit absco-

ditate tenebrarum. Tolerandi enim sunt mali  
pro pace; nec corporaliter ab eis discedendū:  
sed spiritualiter. Nam quisquis uel quod po-  
test arguendo corrigit; uel quod corrigere nō  
potest (saluo pacis uinculo) excludit; uel qđ  
(saluo pacis uinculo) excludere non pōt/ equi-  
tate improbat/ firmitate supportat; hic est pa-  
cificus/ & ab isto maledicto/ de quo Scriptura  
dicit: uel his/ qui dicunt/ qđ nequam est bonū  
& qđ bonum est nequam/ omnino liber/ pror-  
sus securus/ & penitus est alienus. Nonnullos  
ergo toleramus; quos corrigere uel punire nō  
possumus/ neq; per paleā relinquimus Aream  
domini; neq; propter pisces malos retia domi-  
ni; neq; propter Hēdos in fine segregādos de-  
serimus Gregem domini; neq; propter uasa fa-  
cta in contumeliam migramus de domo dñi.  
Si enim omnia in hoc seculo uindicta essent  
locū diuina Iudicia non haberent. Vnde quo-  
tiens a Populis aut a turba peccatur; quia in  
omnes propter multitudinem uindictari non  
potest/ multum solet transire. Nec tamen gau-  
deant; quia plures inueniuntur sibi similes;  
nam non propterea minus ardebunt/ quia cū  
multis ardebunt. Satis ostenditur nō temere/  
aut quomodolibet; sed per Iudicium auferen-

Aug. xxiii. q. iiii.  
c. Tolerandi.

Aug. xxiii. q. i. c.  
Quisquis.

Anacle. Pp. vi. q.  
i. c. Si omnia.  
Inno. i. q. vii. c.  
Quoties a pplis.

Augusti. ii. q. i. c.  
Multi.

Augusti. ii. q. i. c.  
Multi.

Aug. xxiii. q. iii.  
c. Quā magnū.

Leo. lxxxvi. d. c.  
Inferior.

Io. chriso. lxxxvi  
d. c. Culpam.

Isidorus. xi. q. iii.  
c. Qui consentit  
peccantibus.

Io. Chriost. xli.  
d. c. Multi.

dos esse malos ab Ecclesiæ cōmunionē: uel si per iudicium auferri nō possint/tolerentur potius. Non enim propter malos boni sunt deserendi / sed propter bonos mali tolerandi sunt. Sicut tolerauerūt Prophetæ illos/ contra quos tanta dicebant. Sicut ipse dominus nocentem Iudam usq; ad condignum eius exitum tolerauit: & eum sacram Cēnam cum innocentibus cōmunicare permisit. Sicut tolerauerunt discipuli eos: qui per inuidiā (quæ ipsius diaboli uitium est) Christum annuntiabant. Sed profecto inferiorū culpæ ordinum / ad nullos magis referendæ sunt q̄ ad dēsides negligentēsq; Rectores: qui multam sepe nutriunt pestilentiam / dum austeriorem dissimulant adhibere medicinā. Culpam nanq; facientis habet: qui quod potest corrigere/negligit emendare. Negligere enim quū possis perturbare peruersos/nihil aliud est q̄ fouere. Et nihil prodest alicui nō puniri proprio: qui puniendus est alieno peccato. Nam qui peccantibus consentit/& defendit alium delinquentem/maledictus erit apud deum & homines:& corripitur increpatione seuerissima. Sed multi sacerdotes/& pauci sacerdotes/multi in nomine/& pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis

super Cathedram: Quia nō Carhedra facit Sa-  
cerdotem/ sed Sacerdos facit Cathedram: Nō  
locus sanctificat hominem/ sed homo locum :  
Non omnis Sacerdos sanctus/ sed omnis san-  
ctus est Sacerdos. Qui bene sederit super Ca-  
thedram honorem accipit Cathedræ: Qui ma-  
le sederit/ iniuriã facit Cathedræ. Ideo malus  
Sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit/  
non dignitatem. Sic & non omnes Episcopi  
sunt Episcopi. Attende Petrum/ & Iudam con-  
sidera / Stephanū suscipe/ Nicolaum respice.  
Non facit ecclesiastica dignitas Christianum  
Non est facile stare in loco Petri/ & Pauli tene-  
re locum. Qui ergo filiorum crimen non correxit  
Canis est magis q̄ Episcopus. At præcipit Im-  
perator/ si bonum est/ iubentis exequere uolū-  
tatem: si malum/ responde/ oportet deo magis  
obedire q̄ hominibus. Quod sacerdotis est fa-  
ciam: Quod Imperatoris est/ faciat Imperator  
Prius est/ ut animam mihi / q̄ fidem auferat.  
Tributum Cæsaris est: non negatur. Ecclesia  
dei est/ Cæsari utiq; non debetur/ quia Cæsa-  
ris esse nō potest Templū dei. Impator enim  
intra nō supra Ecclesiam est. Si item aliud iu-  
beat Impator/ aliud Deus: Quid iudicatis? ma-  
ior ptās deus: da ueniã Impator. Tu carcerē/ il-

Hiero. ii. q. vii. c.  
Non omnes.

Aug. ii. q. vii. c.  
Qui nec regimīs  
Hiero. xi. q. iii. c.  
Si dominus.

Ambro. xxiii. q.  
ult. c. Cōuenior.

Aug. xi. q. iii. c.  
Qui resistit.

Fabianus Pp. xi.  
q. iii. c. Qui om-  
nipotentem.

Augu. xi. q. iii. c.  
Quisquis metu.

Io. Chriftost. xi. q.  
iii. c. nolite timeri

Greg. ii. q. vii. c.  
Admonendi.

Augu. xi. q. iii. c.  
Nemo peritorz.

Calistus pp. xii. d.  
c. Non decet.

le gehennam minatur. Hic iam tibi assumen-  
da est fides tua tanq̄ scutū : in quo possis om-  
nia ignita inimici iacula extinguere. Nā qui  
omnipotentem Deum metuit/nec cōtra Euan-  
gelium/nec contra Apostolos/nec contra Pro-  
phetas/ nec contra Sanctorum Patrum insti-  
tuta agere aliquid ullo modo consentit. Quis-  
quis autem metu cuiuslibet potestatis uerita-  
tem occultat/Iram dei super se prouocat/ quia  
magis timet hominem q̄ Deum : Nam uterq̄  
reus est/ & qui ueritatem occultat/ & qui men-  
dacium dicit : quia & ille prodesse non uult/  
& iste nocere desiderat. Et ille non solum pro-  
ditor est ueritatis : qui transgrediēs ueritatem  
pro ueritate palam mendacium loquitur. Sed  
& ille/ qui non libere ueritatem pronuntiat :  
quam libere pronuntiare oportet : aut non li-  
bere ueritatem defendit : quam libere defende-  
re cōuenit. Subditi enim admonendi sunt/ ne  
plusq̄ expedit sint subiecti : ne cum student  
plusq̄ necesse est hominibus subiici / compel-  
lantur uitia eorum uenerari. Quare melius est  
pro ueritate pati supplicium / q̄ pro adulatio-  
ne habere beneficium. Sed cum non deceat a  
Capite membra discedere : sed iuxta Scriptu-  
ræ testimonium/omnia mēbra Caput sequan-

tur. Et nulli dubiū sit q̄ Apostolica sedes ma-  
ter sit omniū Ecclesiarum; ab eius nos regulis  
nullatenus conuenit deuiare. Sed sicut filius  
dei nouit facere uoluntatem Patris; sic & uos  
uoluntatem implete matris nostre/ quæ est Ec-  
clesia: Cuius caput ut prædictū est Romana  
existit Ecclesia. Aduocauit olim ad se Cypria-  
nus Episcopum Satyrum / nec ullam putauit  
ueram/ nisi ueram fidei gratiā. Percunētatusq̄  
est ex eo/ utrum de Catholicis Episcopis esset:  
hoc est/ si cum Romana Ecclesia conueniret.  
Nec putauit fidem esse in Scismate; Nam &  
si fidem erga deū tenerent/ tamen erga Eccle-  
siam dei non tenebant. Quemadmodū enim  
mēbrum (si præcidatur ab hominis uiui corpo-  
re) non potest tenere spiritum uitæ; sic homo;  
qui præciditur de xp̄i iusti corpore/ nullo mo-  
do potest tenere spiritum iustitiæ/ etiā si figu-  
ram mēbri teneat; quam sumpsit in corpore.  
Quasi ergo peccatum ariolandi est repugnare  
& quasi scelus Idolatrię nolle acquiescere/ sola  
est; quæ fidei meritum possidet Obedientia;  
sine qua quisq̄ Infidelis conuincitur esse/ etiā  
si fidelis esse uideatur. Quicūq̄ uero ipsius Pe-  
tri Cathedram/ supra quā fundata est Ecclesia  
deserit/ in Ecclesia se esse nō confidat. Alienus  
enim est/ prophanus est/ hostis est/ habere nō

Ambro. xxiiii. q.  
i. c. aduocauit ad  
se Cyprianus.

Aug. xxiii. q. viii  
c. quemadmodū.

Grego. viii. q. i. c.  
Sciendum.

Cyprianus. xciii.  
d. c. qui cathedrā.  
Cyprianus. xxiiii  
q. i. c. Alienus.

Beda. xxiiii. q. i. c. **Quicūq;** potest deum/ patremq; qui uniuersalis Eccleſie  
 nō tenet unitatē. Talis enim nec uinculis pec  
 catorum absolui/nec Ianuam potest cęlestis re  
 gni ingredi. Foris nanq; nec ligari aliquis po  
 test/nec solui/ubi non sit/qui aliquē ligare pos  
 sit/aut soluere: Sed soluitur/ qui cum Colūba  
 pacem fecerit: & ligatur qui cum Colūba non  
 habet pacē/ siue aperte foris sit/ siue intus esse  
 uideatur. Nihil beniq; erit ligatum/uel solutū  
 nisi quod beatus Petrus aut ligauerit/ aut sol  
 uerit. Firmissime itaq; tene/& nullatenus du  
 bites/omnem Scismaticū cum diabolo/ & An  
 gelis eius ęterni ignis incendio participandū.  
 Nam qui catholicę Eccleſię nō tenet unitatē/  
 nec baptismus/ nec elemosina quantumuis co  
 pioſa/nec mors pro nomine xp̄i suscepta profi  
 cere poterit ad salutem. Adde q; Apostolicę se  
 dis iuſſionibus inobedientē suscipere nō pos  
 sumus/nec impetere recte credentes/uel ſctōꝝ  
 Patrū iuſſionibus obtēperātes permittimus:  
 qa inter fideles & infideles magna debet esse  
 discretio. Vnde peccatū Paganitatis incurrit  
 quisquis dum christianum se esse aſſerit/Sedi  
 Aplicę obedire contēnit. Nam qui ei resistit/  
 dei certe ordinationi resistit. In ueteri quidem  
 lege habet/Quicūq; Sacerdotibus nō obtem  
 perasset/aut extra castra positus a populo lapi

Beda. xxiiii. q. i. c.  
**Quicūq;**

Aug. i. q. i. c. Re  
 missionem.

Leo. xxiiii. q. i. c.  
 Manet.

Aug. extra de he  
 re. c. Firmissime.

Higinus pp̄. iii. q.  
 iii. c. Alieni.

Greg. lxxxi. d. c.  
 Si qui pb̄ri.

Bonifa. viii. in ex  
 tra. unā ſctām.  
 Antherus pp̄. xi.  
 q. iii. c. Absit.

dabat / aut gladio ceruice subiecta / contemptū  
expiabat cruore. Nūc uero inobediens / aut spi  
rituali animaduersione trūcat / aut eiectus de  
Ecclia rapido ore demonū decerpit. Præceptis  
igitur Aplicis nō dura superbia resistat; sed obe  
dientia / quæ a sancta Ro. Ecclia / & Apostolica  
autoritate iussa sunt / salutifere impleantur; si  
eiusdē sanctæ dei Ecclia: quæ est caput uestrū  
habere cōmunionē desideratis. Non nouū ali  
quid præsentī iussioe præcipimus / sed illa / quæ  
olim uidentur indulta firmamus. Cū nulli du  
bium sit / q̄ nō solum Pōtificalis causatio / sed  
omnis sanctæ religionis relatio ad Sedē Apo  
stolicā / quasi ad Caput Ecclia: & omniū debeat  
referri / & inde normam sumere / unde sumpsit  
exordiū / ne Caput institutionis uideat obmit  
ti. Cuius autoritatis sanctionē omnes teneant  
sacerdotes. Qui nolūt ab Aplica Petra / supra  
quā xp̄s uniuersalē fundauit Ecclesiā / solidita  
te diuelli. Si quis autē hæc Aplicæ sedis præcepta  
non obseruauerit / percepti honoris esse hostis  
nō dubitet. Ego uero nullū præmiū nisi xp̄m  
sequens / Cathedrę beati Petri cōmunionē con  
fortior / sup illam petrā fundatā Eccliam scio.  
Quicūq; extra hanc domū Agnum comederit /  
prophanus est. Si quis enim in archa Noe nō  
fuerit / peribit regnante diluuiō. Quicūq; cum

Grego. xii. d. c.  
Præceptis.

Hiero. xxiiii. q. i.  
c. Qm̄ uetus.

Felix Pp̄. x. d. c.  
Certum.

August. viii. d. c.  
Quæ cōtra.  
Idem. i. q. i. c. Te  
neamus:  
Cypria. xxiiii. q. i  
c. Loquitur.

Ro. Pontifice nō colligit/spargit. Regiā ergo  
uolūtātē/Sacerdotibus xp̄i studeatis subdere/  
nō præferre/& sacrosctā per eos. Præsides po-  
tius discere q̄ docere/ eccl̄iasticam formā sequi  
nō huic humanitus sequendo iura præfigere/  
neq; eius sanctionibus uelle dñari: cui Deus  
uoluit clementia sua pię deuotionis colla sub-  
mittere. Cū aut̄ turpis sit omnis pars uniuersa  
suo suo nō congruēs/Teneamus unitatē fratres  
carissimi/præter unitatē etiā qui facit miracu-  
lum nihil est. Quā unitatem tenere firmiter &  
uindicare debetis/maxime uos Ep̄i/qui in Ec-  
clesia Dei præsidetis: ut Episcopatum ipsum  
unum atq; indiuisum probetis. Nemo frater-  
nitatem fallat. Nemo fidei ueritatem perfida  
preuaricatione corrumpat. Episcopatus unus  
est/cuius singularis in solidum pars teneatur.  
Et Ecclesia una est: quę in multitudinem la-  
tius incremento fecunditatis extendit. Quo-  
modo radii multi sunt: sed robur unū tenaci  
radice fundatū. Et quomodo de fonte uno ri-  
ui plurimi fluunt/& numerositas licet diffusa  
uideatur exundantis copię largitate. Unitas  
tamen seruatur integra in origine. Auelle ra-  
dium solis a corpore/ diuisionem unitas nō ca-  
pit ab arbore/frange ramū/fructus germinare  
non possunt. A fonte præcide riuum/præcisus

arefcit. Sic & Ecclefia luce perfufa/ per totum  
Orbem radios fuos porrigit: Vnū tamen eft/  
quod ubiq; diffunditur: nec unitas corporis  
feperatur/ramos fuos per uniuersam Terram  
copia ubertatis extendit: perfluentes large ri  
uos latius pandit/ unum tamen Caput eft/ &  
origo una / & una mater fecunditatis copiofa/  
adulterari nō potest. Sponfa Chrifti/ & incor  
rupta eft/ & pudica/ unam domū nouit/ unius  
Cubilis Sanctitatem cafto pudore cuftodit.  
In memoriam ergo beati Petri Apoftoli hono  
remus sanctam Romanā Ecclefiam/ & Apofto  
licam Sedem: ut quæ nobis sacerdotalis ma  
ter eft dignitatis/ effe debeat Ecclefiafticæ ma  
giftra rationis. Quare feruanda eft cum man  
fuetudine humilitatis: Et licet uix ferendum  
ab illa sancta Sede imponatur iugum/ tamen  
feramus/ & pia deuotione toleremus. Inftitu  
ta igitur Apoftolorū/ & Apoftolicorū uirorum  
Canones/ quos habetis/ his fruimini: ut eis fre  
ti contra cuncta inimicorū iacula perfiftere ua  
leatis. Satis enim indignū eft quenq; uel Pon  
tificum/ uel ordinum fequentium hanc re  
gulam refutare: quam beati Petri Sedem &  
fequi uiderit/ & docere. Multum conuenit ut  
totū corpus Ecclefia in hac fibi obferuatione

Xix. d. ex Caplo  
Caroli impatoris  
f. In memoriā.

Iulius Paf. xi. d.  
c. Nolite.

Nicol. Pp. i. q. i. c  
Non quales.

Leo. xi. d. c. Hoc  
uestræ.

concordet. Quæ inde auctoritatem habet ubi dominus Ecclesiæ totius posuit Principatum Nec est attendendū qd sint; sed quid pro correctione Ecclesiæ; quid pro salute nostra sagant. Nec enim illos inferiores dicetis Scribis & Phariseis sedentibus supra Cathedram Moyfi. De quibus dominus præcepit dicens: Quæcunq; dixerint uobis facite; opera eorum nolite facere. Ergo considerate/si peccatores illos dixit audiendos/qui supra Cathedrā Moyfi sedebant: Quanto potius/qui super Cathedram Petri relidēt/esse existimatis audiēdos? Hoc postremo uestræ indicamus Caritati: ut ab Apostolicis institutis/nullo ulterius recedatis excessu. Quia inultum posthac esse non poterit: si quisquā Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Hæc ille. Quarū quidem sententiis / & Sanctæ Sedis Apostolicæ correctioni & emendæ q̄ dici aut scribi possit humiliter in omnibus me submitto.

¶ Finis/Christo Iesu sit laus/&  
gloria sempiterna.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Main body of faint, illegible text, appearing to be several lines of a letter or document. The text is too light to transcribe accurately.





R. 20156